

V C
4604



6
P



22/34^b, 22.

V c
4604

PAX AUGUSTA

ORATIONE

Celebrata

In

ILLUSTRI ACADEMIA
ARGENTINENSI

à

JOHANNE ALBERTO PORTNERO.

ARGENTORATI

TYPIS PIGGELIANIS

Anno M. DC. LI.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)



ii
p. 11

55
p. 55

LIBRARY OF THE
ACADEMY OF SCIENCES

PHILOSOPHICAL

INSTITUTION

OF THE CITY OF BOSTON

ALBERTO PORTINARO

1875

1875

LIBRARY OF THE
ACADEMY OF SCIENCES
PHILOSOPHICAL
INSTITUTION
OF THE CITY OF BOSTON





V I R O

*Eminentia Dignitatis, meritorum Amplitudine,
studiorum Nobilitate*

ILLUSTRI

D.N.

CHRISTOPH. FORSTNERO
à Dambenoy,

Divi Marci Equiti Splendidissimo,
Sereniss. Ducis Würtemb. Consiliario interiori,
ac
Comitatus Montbelgardensis Cancellario,
Hospiti, Patronoque meo maximo

tenue hoc

Oratorii studii Specimen

in

argumentum fidemque

observantia

offero

Johannes Albertus Portner.

*A*ugustam Pacem nostrae, Portnere, parandam
Differis, eloquio multa docente Tuo.

Rem magnam praestas! non possum audire paran-
Id precor, ut facias, quod didicisti agere. (tem,
Augusto sic Pax Augusta augebitur auctu,
Et, Portnere, Tibi porta vigoris erit.

Ita ex catarrho aeger

scrib.

Nobiliss. Dn. Affini meo

Cum bono omine & voto.

Johannes Georgius Dorscheus
SS. Theolog. D.





ROBERTUS KOENIGSMAN-
NUS ELOQUENTIAE IN ALMA
ARGENTORATENSIVM UNIVERSITATE

Professor Ordinarius, & Facultatis Philo-
soph. h.t. Decanus.

Lectori Benevolo S. P. D.



Arcus Terentius Varro Menippeas
suas, quarum acumen & elegantiam in frag-
mentis hodie admiramur, ut lectores jucun-
ditate quadam invitaret, multa hilaritate
consperfas, variis insuper inscripserat nomi-
nibus & vocabulis. Quæ multiformes in-
scriptiones, cum ut plurimum proverbii quandam habeant
speciem, interdum acutam aliquam & insignem sententiam,
communis vitæ usibus accommodatam: si quis tamen ex-
actius eas velit rimari, plerasque ad Romanæ civitatis for-
mam, mores, & instituta, qua publica, qua privata spectasse,
auctoremque consilia & actiones istorum temporum hoc
schemate interdum observabit perstrinxisse. Nec est quod
quis dubitet, virum hunc, scriptorum multitudine & quibus-
dam temporum intervallis si æstimetur, *insigni tranquillitate*
vita, nullisque Reipublica negotiis permixtum, ista potuisse pe-
netrare. Nam & in foro se aliquandiu Reipublicæ probavit,
inde ad honores proventus, clarissimorum qui tum vivebant
civium floruit amicitia. In civili etiam bello primo Pom-
peii partes secutus, mox ad tutiora consilia & C. Julii Cæsaris
fortunam summa cum animi moderatione se recepit: atque
ex illis tempestatibus prope solus in portu fuit, fructusque
doctrinæ percepit uberrimos; quum ea tractaret, quorum

& usus & delectatio omnibus esset & actis & voluptatibus anteponenda. Tunc enim gravissimo M. Ciceronis testimonio, Romanos *in sua urbe peregrinantes, errantesque, tanquam hospites, suis libris quasi domum deduxit, ut possent aliquando, qui ubi essent, cognoscere: tunc atatem patriæ, descriptiones temporum, sacrorum jura, sacerdotum munera, domesticam & bellicam disciplinam, sedem regionum, locorum; tunc omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuit.* His ornamentis & præsiidiis effecit, ut nemo doctius de rebus humanis literis aliquid mandarer & memoriæ, judicare nemo posset prudentius. Ex huius Satyris, titulus inter alias, & tenues reliquæ, eius, quam COSMOTORYNEM, *ἢ τοῦ κόσμου* appellavit, ad nos pervenit. Etsi verò talia nihil nisi conjecturas admittunt; non tamen hic ad gustum meum doctissimorum hominum opinio, qui mundi interitum, perturbationemque rerum omnium in antiquū chaos & confusionem pristinam rediturarum intelligi suspicantur. Ingentis huius machinæ dissolutio accuratiorem philosophiam, & magis serias, nec jocis interspersas, omnino requirebat meditationes. Istorum potius accedo sententiæ, qui civili bello, & hoc quæ consecutæ, calamitatibus, imperium populi Romani, cui pro magnitudine orbis terrarum existimabant competere nomen, non secus ac *Τοῦτον* sive *τῶν* in olla solet, confecta omnia & commista fuisse, conqueri Nostrum statuent. Et si quis ipsa verba sustineat expendere; bella, unde vestis genus mutatum, munera militiæ, prælia, classes, fluctus deprehendet: imaginem scilicet & seriem istius sæculi. Cùm enim ea nascendi tempora habuisset Varro, quæ, Floro teste, *ut claritate rerum bellicarum magnifica, ita domesticis cladibus misera erant, & erubescenda: quum nimia felicitas civiles pareret furores, opes atque divitiæ sæculi affligerent mores: Gracchorum, qui primam certaminum accenderunt facem, reliquas etiam, quos Tribuni plebis exciterant seditiones, in omnium ore adhuc & recenti versarentur memoria: mox ipse spectavit, novit, audivit, istos*
luxu

luxu perditos, qui magnifico conviviorum apparatu, sumptuosa largitione, adeoque modis omnibus pecuniam trahabant & vexabant. Idem cum Marii rabie & Sullæ dominatione satis admoveri Romanæ genti bella præfagiret cæcitas, horrendis & atrocissimis istis procellis se subduxit. Ad hoc Crassi, Pompeii & Cæsaris conspirationem, quæ paucorum primo, mox unius potentiæ, viam muniebat, inter primos sagacissime odoratus, libro eam, *Tricipitina* inscripto, & ab Appiano I. ἐμφυλ. laudato, prudentibus examinandam proposuit. Republicâ Pompeii & Cæsaris ambitione rursus distracta, ipse partibus accedens, pari ramentum, ut supra retuli, prudentia se expedit & felicitate. Tandem, cum Triunavis crudeliter ferocientibus magnam rei familiaris fecisset jacturam; vatem se effudisse expertus; *Nemini fortuna currum missum à carcere intimo Labi inoffensum per equor candidum ad calcem finit*: Ipse tamen *adversis rerum immersabilis undis*, ex sævissimis illis tempestatibus in tranquillum se contulit, ubi in eodem lectulo & spiritus eius & egregiorum operum cursus extinctus est. Talis tamque præclaræ prudentiæ & exquisitæ doctrinæ vir, qui tamdiu in hac palæstra desudans se exercuit, qui Rempublicam, qui præcipuas eius corruptelas & mutationes, cum octoginta & octo natus annos decessisset, & discere poterat & docere: cum non modo casus eventusque rerum, sed rationem etiam causasque nosceret: cum Cicerone, cuius prudentia divinatio, ipse vero nihil aliud erat, quam ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio; inter omnes Romanos dignissimus se offert, quorum inter decora etiam Reipublicæ restituta honos adjungi debuisset. Quæ certe misella, jure tum exclamare poterat; *Quod enim genus figuræ est, ego non quod habuerim?* At hi cum fata Reipublicæ præviderent; alter etiam ea in Catilina, ut ita loquar, differret; luxum, factiones, seditionum & dominationis semina omni nisu retunderent; egregii conatus citra effectum conscientia acquirere, satis habuerunt. Monere, non corrigere poterant. Ita ubique videmus, alias cogitationes homi-

hominum, alia ratiocinia; alia divinæ decreta providentiæ,
quæ nec capere possumus, nec interpretari fas est. **CAIUS**
JULIUS CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS, prudentissimus &
felicissimus Principum ille erat, quem æternum decus &
immortalis hæc maneret gloria, ut admirando operi à Deo
destinatus, nova fata orbi terrarum panderet. Hic civitatem
Romanam, quæ ut ingens navis varia referta hominum
turba, absque gubernatore per ætates aliquot, vi tempesta-
tis acta concutiebatur, & ut male saburrata huc illucq; com-
movebatur, dum clavum rectum tenuit, salvam in portu
collocavit. Huius **AUGUSTÆ PACIS** modum, ra-
tiones & fulcimenta, cum brevi Romanæ mutationis repe-
titione, Dictaturæ Cæsaris, nec non Triumviratus explana-
tione, & commendatione huius, qua Germania, Dei bene-
ficio nunc fruitur, Pacis, modestaque eius cum prioribus
exemplis comparatione, IV. Non. Novemb. hora VIII. ma-
tutina, insigni & luculentâ oratione recitaturus est, Maio-
rum dignitate & meritis, suaq; virtute & excellenti doctrina
Nobiliss. & Eximius Dn. **JOHANNES ALBERTUS Portner**.
Qui etsi iniquis temporis spatiis exclusus, ob properatum
iter, labores ipse suos modestiæ lege judicet: re tamen ex-
periemini, joco quidem olim dictum, τοῖς εὐτυχῶσι καὶ τείμνηται
παύσια: felicibus autem & bonarum artium fœcundis inge-
niis, vel paucos dies sufficere, quibus quæ lucem & ætatem
ferre possint, procudant. Laudandi exempli, eo quem no-
tavi die & hora, ut frequentes periculum facere velitis, qua
par est observantia & studio, Vos, **CIVES ACADEMICI**,
etiam atque etiam rogo. Valet. Scrib. Prid. Ka-
lend. Novemb. M. DC. L.

MAGNI-

MAGNIFICE RECTOR, REVE-
RENDA DIGNITATE, CONSILIO, EXPERI-
ENTIA, DOCTRINA CELEBRATISSIMI
PATRES ACADEMICI, VOSQUE CETERI
GENERE, INGENIO, EXPECTATIONE FLO-
RENTISSIMI AUDITORES.

INter tot mortalitatis nostræ bona, quæ
humani desiderii vel accendunt spes,
vel vota consummant, nullum digni-
tate illustrius, usu certius, voluptate lætius repe-
riri, quàm id, quo securitas viventium, & poste-
riorum salus continetur, quod præterita solatur,
præsentia conservat, futura præmunit, consen-
su credimus. Multa habet cupiditas nostra vo-
cabula, sed vix pretiosius quicquam, vix huma-
nis auribus gratius, quàm PACIS, cuius solum
nomen animos audientium percellit, fama ex-
citatur, expectatio attollit. Germania exemplum
esto, quam diuturna bellorum mala, & conti-
nuæ per triginta annos discordiæ eò perduxêre,
ut gentile armorum studium tranquillioribus
curis postponeret, disceretque detestari turbas,
ut Pacem pati posset. Vitium hoc temporum
an morum dicam, quod mortales nunquam
præsentibus acquiescimus, vetera novis, tuta
dubiis mutamus, & postquam diu multumque
erratum est, eò redimus, unde discessimus. Ten-

B

tavi-

tavimus utramq; aleam, & quid calamitas belli
à Pacis usu differret, experiundo didicimus. Vi-
dimus quid licentia armorum posset, quidque
audacia, & miseriarū sensu ad cautionem eru-
diti sumus. Dedimus profectò grande patien-
tiæ documentū, grande vicissitudinis humanæ
specimen, & quàm instabili cursu res mortaliū
ferantur, propriis malis docti sumus. Non va-
lidissimi nos exemplum præbemus aliis, quò
sua rectius componant, & fortuna multis rebus
ereptis usum nobis dedit benè suadendi. Con-
versis ad restitutionem concordiaë consiliis o-
mnium votisque, incerta & periculorum plena
sine cura habeantur. Redeant cum Pace Pacis
artes, & studiorum honos, & frequens toga,
ferri, quia stringi desiit, cupido evanescat. Salve
Pallas, non horrida & sago minax, non adverfa
manu hostem feriens aut fundens, sed placida,
& amica literis, benigna Musis, propitia doctri-
nis. Agnoscimus cultum Tuum, & mite pectus
ex habitu æstimamus. Serva hæc ora, hos vul-
tus, nec residere in iis patere, rubidas cruoris
maculas, nec redire colorem, quem grata can-
doris temperantia diluisti. Compotes facti vo-
torū nostrorum, quid habemus aliud precari,
quam ut hanc felicitatem ad ultimum vitæ spi-
ritū nobis perferre liceat. Absit invidia verbo, &
civilia

civilia bella fileant, nūquam ab externa vi, nunquam impendente alienæ potentiaæ metu prostrati territique sumus, adversum Romana, barbaraq; arma incōcussi invictiq; stetimus, hostes sepe bello fregimus, cecidimus, evertimus, sepe pace vicimus, conciliavimus, servavimus, nunquam Marte aperto pulsi, nunquam artibus externis capti sumus. vires peregrinas, inimicorū insidias sustinere Germania potest, timere non potest, modò sit perpetuus huius, quâ potiti sumus Pacis amor, & civilis cura concordiaæ. Satiis odiis iræq; datum, egregii bellorum fines, quotiens paciscendo transfigitur, & merces belli, conditionum æquitas, finis certaminum salus patriæ quæritur. Accepimus, quod sperare non licuit, quod tot suppliciis precibusque, tot annorum impendiis ac curis quæsimus, non expectantibus è cœlo in finū delapsus est. Maiorum præfagia, superstitem vota, posterorum fidem vicit Fortuna nostra, quam æterna bonitas direxit. Voces aliis & verba suppetunt, memorandis felicibus, & mutam aliorum infantiam impetus haut se retinentis gaudii resolvit, & lætis nasci spontè solet Oratio, non arte accersi. At hic temperandum linguis, hic digitus labiis admovendus, stupor est, quo magna colluntur Numina, nec divina auxilia humani oris

præconia admittunt. Abscedat hinc, quicquid
sermone promptum, ingenio expeditum, indu-
striâ exquisitum, venustum cultu, splendidum
apparatu, jucundum auditu est. Nihil quale an-
tea dicamus, nihil enim quale antea patimur;
inufitata in Rempublicam merita inufitatis e-
logiis honoranda. Abstinebat prudentissimus
quisque, & tot pereuntium exitiis ad præcaven-
dum exterritus à mentione fortunæ publicæ,
quæ per aduersa aut turbida inter infensos &
obnoxios nunquam invidiam, rarò infamiam
effugit. Secreti omnium questus, vis in aperto,
dolor in abdito, eò acrior, quia tegebatur. Res
hodie vertere, nihil occultum, nihil obscurum
est, fiducia pacis laxavit animos, & innoxia li-
bertatis usum seculo reddidit, ne sicut publica
mala dissimulatione utebantur, ita fructus se-
curitatis nostræ silentio detereretur. Neque de-
erunt temporibus hisce magna ingenia, quæ
ipsa tranquillitas, & in quanticunque operis
pretium per se satis efficax ocium concitabit.
Romana magnitudo, libertas Græciæ parciori-
bus deinceps studiis celebrabuntur, exem-
plumque compositi status Germania requiren-
tibus dabit aut promittet. Sic ominari interim
lubet, dum omisâ memoriâ prioris mali, ac te-
stimonio præsentium bonotum, antiqua mihi
& c on

& concessa huic ætati tractabuntur. Quan-
quam enim nihil par huic nostræ Paci, nil se-
cundum omnis ætas, omnis noverit antiquitas,
dedit tamen pactio-
num exempla, quæ tum
magna & Divinæ virtutis, nobis quoque pro
miraculo habentur. Et ne supervacuis aut alie-
nis utar, quantum in hoc, quod suscepi, argu-
mento PACIS AUGUSTÆ, vel fortunæ specimen
est, vel solertiæ documentum! Magna res Ro-
mana tunc, & imperio, terrore, famâ supra
omnes alias potens, non æmuli in latere, qui
invadere, non hostes in proximo, qui turbare
possent. Quod in partes tamen itum est, quod
in media terrarum pace quietis exteris, aut pu-
gnare non ausis, ante Romana mœnia sanguis
manavit, & adversi enses fulsere, civili rabie,
non externis odiis effectum. In Rempublicam
versa civium arma, & certamina de Principatu
libertati publicæ non imperio nocuerunt, &
cùm unus omnia teneret, nemo contra nite-
batur. Promptū id populo, eò potentia evecto,
ut illæsis limitibus aut firmatis, integris viribus
abuti, exterisque longinquitate aut metu cohi-
bitis tutò secum dissentiret, & in gratiam re-
verteretur. Tutum victori, nullum hostem,
nisi quem spes regni & cupiditas dedisset, nul-
lam nisi cognatam aciem, aut cognitã experto,

cui nullæ, nisi de amicis, sociis, concivibus victoria, nulli nisi de subacta libertate ac Republica triumphum. Non interruptum Germania civilis dissidii fluctus, & Parthorum ac Pharnacis insidiæ ac damna, postquam internæ paci prospectum brevibus momentis vindicata. Noster in arduo & molestior status, nos sævas acies, perpetua discrimina, fallaces amicitias, bellis civilibus junctæ externa ac plerumq; permixta tot per annos toleravimus. Innexa patriis motibus peregrina studia, illigatæ opes, involuta consilia, & quoquò oculos mitteres pax cruenta, vel pace suspectâ tutius bellum. Multis arma pro solatio, præda pro stipendio, utilitas pro Jure, fortuna in consilio, aliorum salus in certamine, aliorum pernicies. Quæ oblitterata pace aut composita meminisse inconsultum, exprobrare flagitiosum, occupatis omnium curis in abolendo dolore iræque & priorum temporum necessitatibus. Quam dicendam nunc suscepi, PACEM AUGUSTAM, quanta brevitate fideque potero in præsens exponam. De amplitudine illustris argumenti nihil præfari opus est, nisi me cum veniâ vestrâ, AUDITORES FAVENTISSIMI, vocabulum istud non tam ad complexum illum, ambitumq; Pacis, quâ nimirum totum vastissimæ molis corpus tuetur, Oceanoq;
aut

aut omnibus longinquis fines Romanæ ditio-
nis sepit, legiones, provincias, classes, munimen-
ta regni inter se connectit, restringere; quàm ad
interiora potius ac vera solidaq; eius momenta
referre, ac Jus apud cives, modestiam apud fo-
cios, Urbem ipsam magnifico ornatu, ceteraq;
seu instrumenta Pacis, seu præsidia significatio-
ne illius nominis comprehendere. Nam ut
domi pacem regere vacaret, cum exteris transi-
gendum fuit, ut externa quiescerent, intestina
componenda erant, sic utraq; Pax per se imbel-
lis, altera alterius auxilio substitit. Vos, AUDI-
TORES BENEVOLENTISSIMI, de quorum æqui-
tate dubitare nefas, humanitatem in tali con-
fessu requirere injuria virtutum fuerit, quantâ
possum animi submissione, rogo, ut, quàm
frequentes ad me audiendum confluxistis,
tàm benigne & patienter pauca proferentem,
audiatis.

Ut autem inde Oratio mea proficiscatur, un-
de hæc omnis causa PACIS AUGUSTÆ ac neces-
sitas cœpit, nihil à veritate devii, aut à ratione
alieni dixerit, qui Romanæ libertatis vitia cum
initiis ipsius nata, progressu aucta, inclinatione
patefacta in exitiũ tandem eius adolevisse exi-
stimaverit. Non enim à Gracchanis demum
tumul-

tumultibus aut infestis Marii Sullæque armis
prima patres inter ac plebem certamina exar-
sere, nec Cæsare Pompeioque, quamvis diversa
obtenderent, iisdem tamen propositis patriam
lacerantibus distrahi primum civitas factioni-
bus, fecerni studiis, dividi partibus cœpit. qua-
rum semina coæva ipsi Reipublicæ finem non
nisi in everfione eius invenire. Evenit plerunq;
in plurium statu, ut principia eius negligentio-
re curâ, fundamenta minore consilio habeantur,
sive hoc ab indole rerum humanarum, quæ
nunquam eodem semper loco consistunt, sive
ab incogitantia constituentium est, qui lætitiâ
novæ libertatis, quam arripere ut plurimum
quàm ordinare malunt, aut præposterâ beatif-
simi status imagine confusi, aut ignorantia
temperamenti civilis in transversum abducti
ad utilitatem Reipublicæ hebetius, quàm par
est, respiciunt. Sanè quicquid in causa fuerit
pridem à peritis adnotatum constat, Senatum
populumque Romanum circa originem ac
primordia nascentis libertatis usque adeò im-
pegisse, ut postmodum erroribus illis nec diu-
turnitas temporum mederi, nec fortuna Urbis
obfistere, nec ingenia prudentum prævalere
potuerint. Unde plus querelarū semper, quàm
remedii, plus anxii doloris, quàm efficacis le-
vamen-

vamenti, irrito plerunque & improspere conatu, absumtum. Quamvis enim Civitas in omnium figurarum ingenia se velut Proteus converteret, quamvis temperandæ Reipublicæ vias aut sollicitè tractaret, aut argutè comminisceretur, quamvis adversum nimios & præferoces propugnaculis quibusdam & præsiidiis fetueretur, tamen ad ultimum irruentibus mutationum tempestatibus concessit. Dissociabile enim votum Optimatum ac populi, & assidua pugnandi consuetudo vix coire patiebantur, quæ utilitatum æstimatione, aut affectuum impotentia disjuncta erant. Hinc certamina potentiũ cum multitudine, atq; huius odium in nobiles ac opulentos, hinc arcana nova, nova simulacra modò callidè excogitata, modò providè adhibita, modò prodita incautè. Nihil moderatum usquam, nihil medium, verum alternis aut crudele regnum, aut misera servitus obtinuit. Plebes non contenta suis Magistratibus Patrum quoque fasces, & auspicia ambire, neq; liberam se credere, nisi omnia in omnes licerent. Nec Optimates concedere furentium vesaniæ, & si modus excedendus esset, malle suis quàm adversis superesse animos. Utraque autem pars diversis artibus profeniti. Patres non severitatem semper, sed in-

C

dustriam

dustriam interdum atq; mansuetudinem præ-
ferre; & seu flecti mallet populus, seu frangi
idonea consilia meditari. Religione timidos,
imperio feroces, facundiâ simplices, conciliare
simul & terrere, minora dare aut offerre, ut
maiora servarentur, vim imperii nec intendere
nimis, nec promiscuè remittere, sollertia non-
nunquam & calliditate occupare sepius multi-
tudinem, quàm oppugnare, jura prius officio-
rum, quàm insignia largiri, Tribunos dissocia-
re, mulcere vulgum, aliaque retinendæ domi-
nationi, & excludendæ à Republica plebi com-
menta admittere & usurpare. Nec populus sibi
deesse, verum Tribunis ad atrocissimos quosq;
motus impellentibus instare cœptis, urgere
successus, ubi modica impetrassent, maiora
affectare, nihil altioris consilii separatum, clau-
sumque velle, præferre libertatem, & libidine
uti, privatas cupidines ante periculum & fidem
publicam ducere, injurias ulcisci & inferre, in-
sita mobilitate ingenii non urbi suæ, non legi-
bus satis favere, magnam virtutem inimicam
æqualitati, auri vim & opes libertati infensas,
civilem potentiam & magnitudinē suspectam
fingere aut jactare, & adversa omnia contra
adversos agere aut moliri. Hæc non unius anni
aut ætatis jurgia cum imperio civitatis conti-
nua-

nuabantur, crescebantque cum magnitudine
gentis, donec accedentibus ad perversam illam
dissidendi lubidinem viribus illa civiliū discor-
diarum pravitas à verbis ad manus, ab animis
ad arma, à conviciis ad cædes, à concione ad
campum devolveretur. Ne quid interim de le-
gum irreverentia commemorem, ne de negli-
genter habitâ disciplinâ Curia, ne de Magistra-
tuum aut inæquali communicatione, aut in-
fensis æmulationibus, ne de temperatione Or-
dinum, quæ nec sufficienter constituta, nec
inter dissidentes unquam satis culta est, ne de
Dictatura dicam, quæ tuendæ libertati ab initio
repeita, in perniciem illius tandem ac destru-
ctionem valuit. In his autem certaminibus
fieri non potuit, ut iidem semper prævalerent,
sed ad alios subinde atque alios fortuna, velut
domicilium mutaret, se transtulit. Nam & vi-
res, unaquæque pars, & animos ad contentio-
nem afferebat, populus maiores, ut qui in Re-
publica numero, tumultu, armis ferme potior,
ac prior erat. Ratio enim ac dignitas cum Patri-
bus, vis ac robur à multitudine stabant, quæ
inermem ac invalidam maiestatem, ubi disci-
mini permessa est, facile opprimit & calcat. Ne-
minem tamen adhuc ea rabies corripuerat, ut
arma Patriæ aut faces inferre, ut minari Civibus
aude-

auderet, nondū cuiquam votum contra Rem-
publ. aut animus, sed omniū in libertate com-
muni & salute maximus consensus. Honores
intra civilis præscripti formulam mensuramq;
petiti aut recepti, munia nec avarè habita, nec
insolenter retenta, ambitum & prehensiones
& flagitiosas Magistratum nundinationes in-
nocentia illorū temporum ignoraverat magis
quàm vitaverat. Nondū Dictatura in speciem
regni transferat, & Decemvirorū qui immania
spirabant, poenā aut exilio satisfactum Reipub.
Mutabantur fanè Magistratus, quò plures sum-
ma officia capefferent & plebs molliretur, mixti
Consulibus Tribuni & numero aucti. Leges
latæ sine sanguine, conciones habitæ sine peri-
culo, Senatus sine metu, Civiliū bellorum no-
mina & probra summi pariter infimique igno-
raverunt. Virtutis ac gloriæ unum omnibus &
commune studium, quamvis diversâ viâ ince-
derent, ac una intra mœnia viventibus idem
pro Patria feruor, nec hostis nisi publicus time-
batur. Sincera illa & nulla peregrini moris imi-
tatione corrupta domesticæ probitatis rectitu-
do, dum civium affectus sociali copulâ conti-
nuit, discrimina novæ libertatis & exitia tam diu
distulit, quam diu suis contenta finibus Roma
nulla nisi intra Italiam arma, nec ditionem nisi
finiti-

finitimam moenibus habebat. Sed feliciū
armorum cursus, depulsus Italiā Pœnus, & mox
in Africa everfus, imperium ultra mare prola-
tum, & modicæ originis vires brevibus spatiis
in immensum auctæ, quantum advefus exte-
ros munierunt urbem, tantum disciplinæ de-
traxerunt. Beatum populum censes, cum
triumphalis agricola à rure in hostem, ab hoste
in rus festinaret, cum invictæ illæ & cœlestes
animæ Fabricii, Camilli, Decii domesticam
parcimoniam autoritate exemploque tueren-
tur, cum vicinæ gentes adhuc vincerentur, quæ
captæ non caperent, neq; quicquam transmari-
num in Urbem inferrent. Verum hic quoque
fortuna sua Reipublicæ vitio fuit, & devicta-
rum nationum opes masculam victoris populi
virtutem infregerunt. Ambitionem, vanita-
temq; Græcia, levis gens, & professione sapien-
tiæ quàm operibus clarior, perfidiam Africa &
artes Punicas, avaritiam regna testamentis ca-
pta, luxuriam & ingentes impensas Asiaticæ
opulentiaë spolia invexere. Atque utinam hæc
vitia, hæc dedecora in supplicium hostibus ver-
tissent, quibus reddi suas artes oportebat, &
malignitatem suis moribus puniri. Verum
tota illa contagio, & contractum diversas per
terras virus ceu noxia quædam lues statū urbis,

facra libertatis, vitam Civium perculit, invasit,
penetravit. Cuius mali jam specimina exta-
bant, quæ cum apparere cœperunt, serò præ-
caventur. Consulare jus non intra veteris in-
stituti temperantiam coërcitum prorogari stu-
diis, exponi auctioribus, differri invidiâ, adimi
odio, deferri gratiâ. Mox militia in lasciviam,
provincia in quæstum, civile regimen in domi-
nationem verfum, Gracchique & Saturnini
turbatores plebis non legitimâ severitate, ve-
rum privatorum armis, & vindictâ non tam
utili in præsens, quàm in posterum exemplo
nociturâ oppressi. Atque, ut incendium, ubi
flammas semel per circumjecta diffudit, nec
obruitur ruina nec satiatur copiâ, nec spatio
extinguitur, & ubi primum invaluit, proxima
quæque corripit atque absumit, ita fatum
Reipublicæ Romanæ postquam totum se in-
finuavit Civitati, non per intervalla tempo-
rum & spiramenta, sed continuo, & velut uno
ictu Rempublicam exhausit. Lenta eius initia,
veloces progressus, & in fine præcipitium. Jam
favere suis malis populus, & ignoscere furori-
bus ausus est, idem facere partes promptus &
sequi. Neque sua patribus gravitas, sed quæstus
& venales sententiæ aut potentioribus addictæ,
quorû molitiones primi omnium experti sunt,
qui

qui sustentarunt. Hac occasione senex Marius, victoriarum præmiis, honorum insignibus, triumphalibus laureis contra Patriam usus, sic hostes Reipubl. prostravisse videbatur, ut sibi omnia subjiceret, sic externam vim propulsa- se, ut domesticam in se traheret, melior omni- no miles quàm civis, Imperator, quàm Consul, & castris utilior quàm urbi. Consularia tùm primum funera conspecta, & sacrosanctis in- signibus injectæ per injuriam manus, neq; pro- fuit cuiquam vel exacta honestè ætas, vel affe- ctus in Rempublicam aut fides. Sic tempori- bus illis popolare creditum, quod fordidum, quod deforme esset, mercedibus arma non cau- sis gesta, conditiones opibus non animis æsti- mata. Nihil tamen miserius in tantis malis quàm ipsa vicissitudo. Non tristia lætioribus interfuncta sunt, sed durioribus cumulata, nec presentia placebant, & deinceps graviora time- bantur. Urbe pulsus Marius, ut capta potiretur; abrogatum Sullæ imperium, quod armis repe- teret. Tribuni Consulesque alternis cladibus cadebant cędebantque. Nihil medium inter perdentium iras & dolores pereuntium, alii sanguinem aliorum hausere fusuri novissimè suum. Ipso Capitolio civium manibus oppu- gnato non delubris arisque Deum, non ætati
sexui-

sexuive parcitum, quin profanatis pollutisque
cærimoniis, violatis sacris aut neglectis victi
ac victores in omne nefas ruerent, spoliisque
direptæ urbis ad licentiam, & sævitiam uteren-
tur. Horum motuum pars Pompeius, adole-
scens virilia, privatus intoleranda, agitaverat,
cliens Sullæ & imitator, alienæ potentiaæ adju-
tor & heres, compressis seditionibus, compo-
tis bellis, potens illecebris, frequens officiis, ve-
recundus in imperando, commodus in paren-
do, & quæ rara in magnis animabus societas
belli pacisque artibus æquè instructus. Maie-
statem sine socio, dignitatem sine æmulo, se-
curas opes, gloriam ingentem volebat. Aequa-
litas amans, si ipse emineret, parem nec agno-
vit, nec admisit. Huic oppositus fatali quodam
instinctu Cæsar, cui alta & erecta ad spes no-
vas indoles, ductique è prioribus turbis spiritus,
qui mox maiores concitarent. Strenuus ado-
lescens, felix candidatus, profusus largitor, ani-
mosus promissor, seu telum res, seu stylum
posceret, æquè validus, intentus, expeditus.
Juvenis honorum impetratione senes, privatus
Consulares in omen pariter ac specimen futu-
rorum prevenit, vicit, anteivit. Consiliis varius,
votis immodicus, eventu clarus. Mirus insuper
artifex novam comparandæ dominationis ra-
tionem

tionem peritè iniit, cautè tractavit, fortiter executus est. Discordantibus qui tùm rerum arbitria dispensabant, nullum viderat invadendi regni locum, contrariis ergò artibus experiri fortunam, instruere conatus, juvare propositum aggressus est. In concordiam reducit dissidentes, & cum illis de imperio terrarum, de provinciis administrandis, de regendis exercitiis, paciscitur, ut quod trium in Republica potentium consensu decerneretur, fatum Civitatis ac lex foret. Neque quicquam Triumviris istis minus quàm emolumenta publica curæ, dum intenti suis quisque rebus singuli contra libertatem omnium niterentur. Vanus hîc Crassus cùm foedus istiusmodi admisit; Pompeius incautus, qui accepit; Cæsar callidus, qui instituit. Et diversa quilibet spectabat. Magnitudini Pompeius fulcimenta, Crassus opibus augmenta, Cæsar potentiæ munimenta conquirebat. Aequè consensus Triumvirorum, æquè dissensus Reipubl. formidabilis, alterius machinis libertas petebatur, alterius armis incolumitas, & tertius non Romanas tantum fortunas, sed exterorum quoque opes voto, spe, cupiditate devoraverat. Dum communis amicitiae fideique pignora & utilitates supererant, species pacis & imago inter competito-

D

res

res imperii mansisse videbatur, ruptis semel
vinculis in fatale Urbi bellum, & caedes & fu-
gas ruebatur. Pompeius studiis civium & inani
veteris gloriae nomine, ac quod maximum ha-
rum partium robur pulchro tuendi status titu-
lo valebat. Caesari legiones pridem obstrictae
ac in votum usumque armorum Galliarum cer-
taminibus duratae, clara inter gentes fama &
successibus aucta, ultionis ardor, qui ignavos
quoque animos accendit, profugorum tutela
& nihil arduum fati vires confirmabant. Pom-
peius decretis & sententiis atrox; Caesar vi ma-
nuque promptior. Plus coloris Pompeianae partes
habebant; Caesarianae plus sanguinis. Sapien-
tibus mens cum Pompeio, cauti affectus in Ca-
esarem, ceteris cum fortuna fides fuit. Nimis
properus in amplectendis partibus Cato; nimis
inconsultus in aestimandis Cicero. Et quid mi-
rum iudicium prudentum in tanta rerum per-
turbatione aliquando defecisse, aliquando ha-
esisse. Pompeius aliorum consiliis regebatur;
Caesar suis omnia regebat. Illius victoria crude-
lior, & Sullani aemula regni timebatur; huius
lenior, sed exitiosa libertati. Pompeius sua po-
tius culpa, quam fortuna lapsus; Caesar ratione
& industria victor. Hic clementiam victis pra-
estitit, ut volentibus imperaret; salutem deditis,
ut ob-

ut obnoxii servirent. Dictaturam susceperat,
quâ regnum tegetur; sacerdotii religionem,
quæ securitatem firmaret. Princeps in castris
quàm curiâ tutior, beneficii invidiâ oppressus,
cuius gratiam meruerat; unde præsidium pete-
bat, periculum expertus, triumphator Pompeii,
Pompeianorum victima: frustra reliquias par-
tium vicisse lætus, cum in Civitate togatorû fa-
ctio superesset, quæ locum invadendi quæreret.
Pacem cogitaverat, cuius infidiis tolleretur, fa-
vorem Patrû captabat, quorum odiis succum-
beret; clementiâ utebatur, cuius pœnas daret.
Reperti enim qui libertatem vitæ anteferrent,
qui hoc beneficium odissent, qui perire quovis
modo mallent, quàm sic superesse. Quæreba-
tur parricidio prætextus, quem invisum publicè
Tyrannidis nomen facile suggessit. Non enim
pro Dictatore habendus videbatur, qui hunc
statum non haberet pro Republica, nec par-
cendum illi, qui civibus non didicisset parcere.
Jactabantur speciosa, & veteris Græciæ exem-
pla in rem maximè alienam trahebantur. Bruti
multa mentio, sed neque hæc Roma, quæ Tar-
quiniis seriò carere posset, neque illud ævum,
quo Bruti nascerentur. Mors unius omnium
culpam luere non potuit, omnium enim negli-
gentiâ acciderat, ut unus imperaret. Liberta-

tem reparare non potuit Civitas, quæ servitutum femel admisit, nec averfari servitutum, quæ Dominum accepit. Nam quia nihil præfci & integri moris, fed ad patientiam Dominorum, ad mutationem rerum converfa omnia, veteris Reipublicæ, nec fper ultra fuperelle potuit, nec ufus. Cuius rei fidem, quæ interitum Cæfaris fecuta funt, fecerunt, & tot vulnera non tam Dictatori Julio, quam tranquillitati publicæ inflicta deniq; compertum. Nec enim omnium confenfu tantum facinus, fed paucorum impetu patratum, neq; autoritas Senatus aderat, cuius hæc cognitio, neque juffum populi, de cuius Jure agebatur. Ipfæ autem cædes diverfis animis accepta. Quidam cecidiffe Patriæ Parentem, fper Imperii ac decus, gemmam feculi, miraculum humani generis occubuiſſe, irriti lamentabantur. Aliis ipfa facti audacia placebat, illo icetu ruptam tandem patientiam, vindicatam libertatem, litatum Reipublicæ unius nece differebant. Sic in civitate, quæ nec libertatem capiebat, nec ferebat servitutum, prout quilibet in Cæfarem animatus erat, variè pronunciatum. Exurgebant mox maioris omina procellæ, & ex momentanea quiete in nova pericula prolapfura res Romana timebatur, cui tot diffidiis, tot præliis nondum Dominus repertus

pertus, quem in abdito servatum fata reconde-
bant. Restituta sibi jam Respublica videri po-
tuit, si Rege cæso regnum simul sublatum, &
cruento illo stylo non unus actus, sed tota fa-
bula confecta fuisset, nisi aut Pompeius filium,
aut Cæsar tam ambitionis quàm nominis here-
des reliquisset, nisi revixisset Pompeianorum
causa toties jugulata, & adolescens Octavius
invidiosam Parentis fortunam & vindictam in
se recepisset. Qui, quò minus à Romanis obser-
vabatur, eò magis ipse se firmabat, & privatus
militem scribebat, cuius opera extolleretur. Pa-
trum mirus tepor, nec audebant satis, nec pro-
videbant, media sectati potius quàm optima
consecuti. Brutus & Cassius perfecto demum
scelere magnitudinem eius pensitarunt, neque
ullibi præsidium, quàm in Optimatum con-
scientia reponebant. Antonius Consulatu ad
impotentiam, testamento Cæsar ad rapinas
tutpiter abusus, simulatione ulciscendi Cæsar
exercitus invasit. Pompeius speculatus cetera-
rum partium fortunam, ut se velut tertium illis
interponeret, pro libertate asserenda servitia
armavit, nihil ex summa Parentis fortuna nisi
nominis hereditatē & invidiam causæ adeptus.
Octavius autem inter metus hosce aut terrores
tutius insurrexit. Pro Senatu primum, mox in-

dignè habitus, cum Antonio & Lepido contra
iulum nitebatur, ut istorum humeris ad Orbis
terræ Principatum eveheretur. Præter enim
hoc nihil aliud quærebat, nihil intendebat. Do-
minationem Patriæ non cladem minabatur,
salva illi cuncta relicturus præter libertatem.
Antonius impatiens prælati Cæsaris Urbem, Ita-
liam, provincias miscebat, & ceu tempestatis
quendam nimbum in Octavium concitabat.
Ille quid? obniti fluctibus, occurrere periculis,
labores spe præmii tolerare, inimicitias tempo-
ribus, amicitias utilitatibus remittere & impu-
tare, destinata secretò, effecta temperanter ha-
bere, blandiri civibus ut faverent, patres fallere,
ut conniverent, legiones fidas sibi facere, ut
defenderent. Ab armis tutelam, ab ingenio
consilia, à fortuna vigorem sumere. Non diffi-
dere initiis, non efferri, & hæc rudimenta sua
non opera ducere. Favebat Optimatibus, ut
Antonium premeret; fovebat Antonium, ut
illius operâ Rempublicam subigeret. Pro pa-
rente primum pietatis specie, mox, ubi satis-
factum ultioni, pro se nitebatur. Pompeium
differebat, ut incautum deleret, & primam
vincendi artem in victoriæ delectu ponebat.
Certam quàm citatam maluit, & dum lentè
festinavit, omnia paulatim in se traxit. Pacem
interim

contra
Orbis
enim
Do-
atur,
atem.
n, Ita-
estatis
tabat.
iculis,
mpo-
mpu-
er ha-
allere,
e, ut
genio
n diffi-
ta sua
is, ut
m, ut
ro pa-
fatis-
eium
mam
nebat.
lentè
acem
terim

interim offerre aut concedere peritus, quæ ar-
morum oblivionem mentibus induceret. Vim
ostentare sæpius, quàm inferre, neque virtute
in abruptis, nec prudentiâ in dubiis, nec fidu-
ciâ in extremis destitui. Lepidi ignaviam iner-
mis, Antonii luxum armatus castigavit, ut nec
ille molestus æmulatu, neque hic pace nocen-
tior esset. Flagitiorum culpam interdum, suspi-
cionem rariùs vitavit, nihil abnuens, dum do-
minationis adipisceretur. Proscriptiones con-
dere & detestari, fœdera sancire, & dissolvere,
nuptias contrahere & rescindere. Interim ad
vim Imperii non occupandam magis, quàm
usurpandam procedere. Victis, qui Parentis
manibus graves agitabant, cæso, qui potentia
solus obstare videbatur, Antonio, fasces Rei-
publ. ac munia capeffere. Jamque plana ad do-
minationem via, cum nec libertatem Civitati
reddere consultum, nec regnum omittere, tu-
tum esset, quorum alterum inutile Urbi servire
paratæ, alterum Octavio periculosum. Confu-
giendum quippe ipsi erat ad Imperium, cum
preteriisset tempus, quo concupiisse videri po-
terat. Obsecutus igitur fortunæ invitanti, Paci
belloque providere, ne hoc vix oppressum re-
surgeret, & illa, ut quàm maximè valida & diu-
turna esset. Talis autem esse debuit, quæ non
urbem

urbem tantum, aut illius statum tueretur, sed
quæ univèrsam maximi Imperii corpus mu-
niret securitate, includeret limitibus, illustra-
ret opulentiâ, quæ ob amplitudinem ambitus,
regimen partium, dispositionem membro-
rum AUGUSTA, id est, sacra, æternaque meritò
haberetur. Cuius appellationis honor & gratia
Auctori cessit, qui illud nomen eò transtulerat.
Postquam enim ocii dulcedine bonisq; delini-
ti, & formâ modestiâque Principatus capti æsti-
mare status sui commoda paulatim cœperant,
omnia obsequiosæ solertiæ inventa, & ingenio-
si cultus vocabula in Principem congefserunt. In
quibus AUGUSTI illud eminebat, sacrum verè
nomen, neque ulli ante ipsum alii delatum,
cùm in libertate tituli eiusmodi inter pignora
fortunæ publicæ condantur, quæ communica-
re singulis in tutum. Singulare enim hoc &
venerabile elogium est, ac proinde gentium
arcanis meritò annumerandum. Ut enim tota
Maiestatis, quæ imperiorum forma est, vis atque
dignitas in sanctitate eius ac auspicio consistit,
ita signa eius atque symbola magnâ reverentiâ
tractanda sunt. Sed in novi status instauratione
necessarium omninò videbatur fundamenta
eius ac initia divinitatis quâdam effigie illustrari,
cuius longè supra pompâ & externi schematis
splen-

splendorem usus est, & quod ornamentū ante-
hac Imperii, firmamentum postmodum & ro-
bur est. Nec improvidè illius vocabuli significa-
tio in præcipuum Augustæi imperii specimen,
PACEM scilicet TERRA MARIQ. PARTAM,
appellatione commodâ translata est. Cuius
prima tunc & ante omnes cura, & ex ea Rei-
publicæ. Quæ nisi ad condendas leges, con-
servandam disciplinam, ordinandos cives, secu-
ritate quapiam & ocio fruatur, rarò domi tuta,
& adversus externos munita est. Ut enim civi-
tas non armata tantum sit adversus hostes, sed
præclaris quoque artibus ac studiis instructa, id
est, ut perfecta prorsus, ut beata sit ac felix,
distincta belli tempora ac Pacis habeat oportet.
Nam si bellicosa semper & in armis agat, nun-
quam tota coalescet, nunquam legibus & salu-
taribus præceptis imbuetur. Pacis tantum stu-
diis instituta, neque fines obtinebit alienos, nec
tenebit suos. Romæ autem, ut in nondum ro-
busto corpore multa adhuc vulnera latebant,
quæ tegenda, ne paterent, mitiganda, ne dole-
rent, perfananda erant, ne recrudescerent.
Multum illis odii invidiæque, ut mos vulgi fert,
in imperantem, qui quantum vis bonus, & hu-
manitate, gratiâ, munificentîâ provocans offi-
cia aut reddens, lividis maledicorum linguis
E pete-

petebatur. Ne de casibus belli fortunâq; nunc
commemorem, quæ, ut semper ancipiti in
loco, ita aliquando, & tum quidem maximè
periculosa est, cùm, quod fieri in castris, & ubi
manu omnia geruntur, amat, quæ provideri
antequam eveniant, vix possunt, postquam
evenere, difficilimè curantur. Ne de existima-
tionè Principis dicam, cuius prima illi sollicitu-
do, & bellis, ubi dubia fors est, ac eventus in-
certi, maximè periclitatur. Urbs ipsa, Provin-
ciæque ceteræ continuïs armorum malis con-
fectæ placidum imperium ab unius modera-
tione expectabant, abolitis quæ tributi aut sti-
pendiorum nomine exigi aut offerri solita ipso
bello gravius tolerabantur. Hinc AUGUSTUS
pacis ipse appetens, & civilia desideria expletu-
rus omnia ad PACEM comparare. Vim exter-
nam remove limitibus, terrere præfidiis, ar-
cere munimentis. Prohibere motus peregri-
nos & speculari, arma cavere, nec pavere, in-
quirere aliena, occultare propria, socios fide
non potentiâ metiri, causæ magis æquitate
quam specie niti, Romanæ exemplum PACIS
commendare Orbi & communicare. Termi-
nos Imperii servare magis quàm extendere, qui
mole sua aucti ægrè jam tenentur, quos si lon-
giùs proferas, dissolves aut rumpes. Magnum
nimi-

nimirū potentiaē in modo eius firmamentum.
& uti flumen intra ripas conclusum profun-
diore alveo fluit, & ingentium navigiorum sepe
& ubi capax est, divisum late brachiis, & per campos
variè diffusum in paludes plerunq; degenerat,
& stagnantes ac inutiles lacus; ita magnæ opes
sparsæ ut plurimū, & interjectu mediū alicuius
imperii, ad defensionem sui tutelam imbelles,
exiguæ haut rarò vires, quia unitæ sunt, fortio-
res habentur. Interim Augustus consiliis ex-
terna frangere astu aut differre, fidem peregri-
nam caute, amicitiam honestè habere obsides,
in robur pactio-num, exterorū Regum sobolem
obstringendæ venerationi retinere. Famam
sui per ignota, vim per proxima, amorem apud
omnes circumferre, sepius terrorem hosti quàm
potentiam opponere, bella non nisi necessaria,
prælia non nisi opportuna, victorias non nisi
gloriosas approbare, munire interna, conciliare
vicina, retinere ambigua, placare turbata, inter
artes Pacis erat. Quò pertinebat cum primis,
ut miles ocio lascivire suetus, non amare tan-
tum quietem, sed & colere inciperet, ut cives,
socios, provinciales, non manu magis prom-
tos, quàm ingenio exercitatos, subactos usu,
compositos disciplina in necessitates belli &
honorem PACIS æquè validus & magnus
E 2 Prin-

Princeps passim reservaret. Hinc non largitionibus inescare castrenses animos non parcimoniâ offendere, inter munificum Ducem & severum Imperatorem medium se gerere, & donis non redimere securitatem, sed obligare fidem. Stipendia sine onere civium, & sine injuria præbere, ærarium militare certo potius ordine, quàm magnitudine vectigalium augere, quod, si parcus dispensator & fidelis præbitor accedit, mediocre magnas sæpe opes usu superat aut æquat. Huc provinciarum regimen imprimis spectat, in quo non tam Civium ingenia & mores, quàm provincialium indolem observabat, quæ in tanta ditionum amplitudine, nec eadem est semper, neque ab iisdem regi potest. Aegyptus mobilis animo, facilis in res novas, magno alicui & elato viro minus uttò committi videbatur, qui nationem spontè in turbas proclivem, horreum Romanæ Urbis populi favore subnixus occupare posset. Ceteræ Imperii partes ita distributæ, ut potentiores ipse tueretur, specie levandi oneribus Senatus, sed revera confirmandæ dominationi, imbelles autem & obnoxias populo regendas permetteret. Præfecturas quoque mira arte ita ordinavit, ut & à se omnes dependerent, neque populo exactionibus aut quæstu graves essent.

Cuius

Cuius instituti usum, damnum illud in Germania acceptum comprobavit, quod socordiâ præfecti avaritiâque contractum, tribus legionibus Rempublicam & possessione Germaniæ Imperium privavit. Id autem altius consilium, quod præcipuis bellorum non Duces è Republica petitos, sed à domo sumptos providè præfecit, ut & nomen ac fortunam regnatricis domus novis subinde radiis dispergeret, & militem sibi fidum heredibus quoque obligaret, ne illius sobolem & sanguinem negligeret, cuius maximâ virtute & amplissimis beneficiis ornatus esset. Hinc militiæ laboribus teneros adulescentes additis sub specie obsequii rectoribus formare ac instituere, hinc exemplo suo & præceptis juvenes ad ornamenta pacis & bellorum munimenta perducere & concitare: quicquid autem arduum & magnæ curæ aut mercedis esset, in filios transferre, sic Agrippam generum, sic Drusum ac Tiberium privignos maximis bellorum imposuit ac extulit, ne quis alius à virtute, gratiâ aut opibus instructus militum studia sibi acquireret, & contra Principis molitiones compararet. Sed vitare bellum aut arcere prima cura Principi, proxima curare Pacem. Quæ ut talis esset, novis artibus jam indigebat. Harum aliquæ adversus subditos pro

imperante, quædam subditorum causâ reper-
tæ, nec magis imperio Principis, quàm Civium
disciplinæ consultum. Necessaria civitati quies,
ut continuis civilium discordiarum procellis
fatigata respiraret. Huc consilia suadentium,
spes pugnantium, vota miserorum diu irrita
aut turbata ferebantur. Tentatum diu, an
restitui libertas, an per eam Ordinum concor-
dia reduci possit, sed privati moris corruptela,
publici infamia, vires civium fractæ bellis aut
divisæ, & cunctis singuli potentiores viam hanc
præcluserant. Unius esse debuit, efficere, quod
omnes cogitabant, erigere jacentia, solari de-
sperata, fovere ægra, confirmare dubia, munire
invalida. Unus autem ille talis esse ac tantus
oportebat, qui nec adversis cederet, nec secun-
dis solveretur, qui & finiendis gloriosè bellis,
& salubriter condendæ paci omnibus ingenii
civilis & imperatoris virtutis copiis ac præsi-
diis sufficeret. Augusti, qui hæc tanta gessit, qui sic
vixit, ut victoriam pax sequeretur & pensaret,
animum si rectè inspicias, plusquam huma-
num dixeris, si vigorem talia patrandi, & im-
mensos successus, paulò minus quàm divinum.
Tantò magis, quantò plura his conatibus ob-
stabant, domi popularium ingenia, nulliusque
cladis magnitudine oblitteratæ partes, & in eas
amor,

amor, foris metus exterorum, & provinciarum
motus, qui ex Urbis habitu statuque variabant.
Ut perficere autem tanta posset, quanta desti-
nârat, summus esse rerum arbiter & solus vo-
luit, cùm ex plurium decretis tardis sæpe aut
dissensu dubiis egregii conatus rarò admodum
procedant. Verùm ne offenderet amicos li-
bertatis nimia, & civem supergreffa autoritas,
artibus adversum palam iniquos, at, si falleren-
tur, patientes fraudis aut ignaros providè graf-
fandũ ratus est. Nam & multa simulanda erant
ut honestè vitarentur, & dissimulanda longè
plura, ut obtinerentur. Ne proinde spernere, ve-
terem Rempublicam aut abolere crederetur,
omnia antiquæ potestatis nomina retinuit &
usurpavit, neque nova aut abusu invisã, quan-
quam multo cum honore crebrò deferrentur,
suscepit. Quis autem censeretur parum ad
rem facere, rebatur, magis quantus ipse esset,
quantum posset. Titulos enim & inania à se-
culi opinione & otiosorũ sententiis fingi sæpius
quàm nasci, at potentiam interiorem, Maiesta-
tem Principatus, sacra regni & arcana non in
vulgus mitti, sed in aulis penes Principem &
ministorũ potiores, nec fide minus, quàm peri-
tiã probatos custodiri; speciosa populo visenda
dari, qui imagines rerum ante ipsas habet, &
earum

earum aspectu à consideratione suæ servitutis
callidè avertitur. Consulatus repertum libertati
nomen instaurandæ dominationi sumebatur,
Tribunicia potestas obstringendæ plebi & suis
met artibus in servitutum pertrahendæ peteba-
tur. Sic munitus Cæsar cetera senatui reliquit,
quem post pleraque ablata aut erepta omnibus
cessurum prævidebat. Qua occasione appella-
tionem Principis acri Pop. R. libertate usitatam
impigrè ascivit, tali supra ceteros prærogativa,
ut qui primas in Republica occupasset partes,
nec secundas aliis, nec ulli suas invideret. Hinc
mox sacrū illud, de quo ante dixi, & inviolabile
AUGUSTI nomen, quod divinitatis quandam
effigiē in ipsum derivaret, admisit. Jam poten-
tiæ securus ipse civitati consulendū duxit, quæ
non minus opibus exhausta, quàm infecta pra-
vis studiis squallebat. Huius ordines in primis
& mox disciplinam emendavit, certus, quales
sint, qui eminent in civitate, tales alios esse,
alios paulatim fieri, & exempla sæpe legibus va-
lidiora. Hactenus per factiones aut ambitum
multi indigni in senatum assumpti, quos relin-
quere illic nefas, remove aniceps videbatur.
Ipse ausus strenuè & fortiter executus est, non
ignarus multa ideò timeri, quia non tentantur,
si tentaveris contemni. Multi autem palam ad-
versa-

verfabantur, aut clam obtrectabant. Illos magnanimitate superabat, hos securitate quâdam iudicii & incuriâ transmisit, ignoscere verbis non offendi solitus, insidiarum ultor, si apertæ & conatu manifesto, nec in pœnis irrogandis dolorem magis suum quàm indignitatem sceleris ulcisciebatur. Maieitati quoq; sedulò prospexit, ne in illam turbulentis omnia licerent. Facta tamen duntaxat arguebantur, dicta impunè erant. Certum enim est, non tam aboleri rigidis cognitionibus malevolos, quam ali, non tam premi, quàm accendi, & si puniatur, acrius renasci. Adimit nimirum obstinatis animis curam sui lubido obtrectandi, quæ morosius coercita, procacius erumpit. Leges dedit, quibus Pace & Principe viveretur, Jura promulgavit, quorum ipse nexu solveretur, sanctionem reperit, per quam illi omnia in omnes, & in ipsum nemini vel minimū liceret. Justitiæ patronum se offerre, moderari jura & intendere, solvere legū nodos aut interpretari. Nam præcipuum hoc Principum est munus, qui Justitiæ fruendæ causa præfunt & leguntur. Patres comitate & præcipuis honoribus, plebē donis, quibus tempestivis potius quàm sumptuosis usus est, aulam continentia suoque maxime exemplo suaviter delinire, largiter replere, constanter moderari,

F

Magi

Magistratum vocabula servare, vindicare comitia, delibare potestatem, obsequia præmiis, merita æstimatione, virtutes benevolentiam, artes gratiam pignora pariter ac demereri. Affectum fide, fidem constantiam, constantiam opere cognoscere simul & censere. Potestatem temperanter, Maiestatem civiliter, honores moderatè suscipere & exercere, Civem Domino, Senatorem Principi miscere: priorum temporum mala presentibus bonis expungere & expugnare. Religionum sacra antiquis cærimoniis restituere, & antiquitatis reverentiam augere. Judiciorum onera in Senatum transferre, quo maior species libertatis esset, commoda sibi reservare. Urbem ædificiis, ædificia molibus, spectacula sumptibus instruere & illustrare. Nihil temerè moliri, nihil properanter aggredi, nihil inconsultè persequi. Annonam famem publicam, congiariis inopiam sublevare, & utrobique magis propensionem voluntatis quam necessitatem donativi ostentare. Memoriam nominis, gestorum famam, monumenta virtutis custodire diligenter, promoveri fortiter, expectare fidenter. Doctrinarum pretia usu, sapientiam opere, delectum iudicio æstimare, arrogantiam munerum averfari, odisse fordes, vetare commisiones. Disciplinam domus pro dignitate status, familiam ex usu domus

mus, servitia ex operarum modo continere im-
perio, finire numero, dispēfare muniis. Flagitiis
suorum irasci, non frangi, ferre amicorum vitia,
æstimare dotes, pensare officia. His aliisq; arti-
bus utebatur Princeps prudentiæ summus, re-
gnandi vetus, gloriæ cupidus. Quam ne inte-
gram assequeretur, quædam intervenerant. Ri-
gor in puniendis fontibus, & quanquam noxiis
supplicia indicta reprehendebantur. Conjugii
raptus, conjugis impotentia, necessitudinum
probra infensis animis accepta. Et in primis illa
plaga in Germania nulla quidem Principis cul-
pa, sæva tamen & gravis accepta, multum famæ
eius inter suos, apud externos opinioni detraxit,
more quodam hominum, Ducum fata aut suc-
cessus imperantiū fortunæ tribuere; quod pro-
fectò qui sentiunt, plura dicunt, quàm intelli-
gunt. Nam fortunā suam Reges habent, habent
gentes, id est, præsentiam cœlestē, quæ interve-
nit ipsorum rebus, & auspicia status publici dis-
pensat. Mansit tamen suū PACI decus, mansit
artibus quīs nitebatur. Et pars meriti censenda
talem condidisse, quæ ad posteros transfret.

Atque hoc est illud PACIS nobilissimæ exem-
plum, quod concussum Orbem recreavit, col-
lapsum restituit, fessum erexit. Nos quoque,
Auditores, temporum nostrorum memores, &

præsenti felicitate læti meliorem & sinceram,
& quod D. O. M. audiat annuatque, æternam ex-
pectamus. Satis jam eventum, satis casuum, vidi-
mus quid fortuna belli anceps haberet, quid ca-
lamitas miserandum. Vetera civilium bellorum
mala diuturnitate, magnitudine, varietate vici-
mus, excessimus. Pretia tot certaminum nulla
& irreparabiles jacturæ, Sacripotum, Pharsa-
liam, Philippos, nota calamitatum publica nomi-
na, mediâ in Germaniâ spectavimus, luximus.
Quotiens adversas unius corporis acies & flu-
mina infecta sanguine civili, vidimus, audivi-
mus, legimus. Marios ac Sullas dehonestamen-
ta patriæ & ulcera utinam hæc ætas non tulisset!
Et Julii nobis & Catilinæ & Antonii fuerunt.
Ambiguos apices aut excussos, Regum Princi-
pumq; mortes, exilia & fugas, novimus, acce-
pimus, doluimus. Excidia urbium, vastitates
gentium, divisiones agrorum, proscriptiones
civium meminimus, regio cruore resperfi su-
mus. Victa armis libertas aut asserta, terror
omnibus intentatus, plerisque pernicies, non
mos, non jus, & legum vincula ensibus rupta in
argumentum prolixioris memoracionis, nisi
tempus transisset, vocarentur. Graviora delictis
remedia, & naturâ infirmitatis humanæ tardio-
ra solatia quàm mala, vota miserorum, spes
omnium

omniū affligerunt iniquitate, torferunt morā.
Donec tandem per innumeras ambages, & to-
ties revolutum conversionis publicæ orbem
omnia in se redirent. Visum sic Numini con-
cutere potius statum nostrum, quàm evertere,
premere ad tempus, quàm delere. Quod nunc
agnoscunt omnes, sentiunt experti, miseri fa-
tentur, posteri vix credent, & annaliū aliquando
fidem accusabunt. Unam gentem tot per an-
nos tantis cladibus exhaustam, tot bellorum
motibus oppressam, tamen substitisse, illi ad
quos hæc pervenient, stupebunt. Cum armo-
rum curis, præriorū prosperis & adversis cuncta
tenerentur, locū paci inter avidos certaminum
aut suetos extitisse, secutura tempora non ca-
pient. Magnum sanè fuerit & egregium, Augu-
stus, tot bellorum fluctibus jactatum & in
partes scissum imperii corpus, firmasse concor-
diā, collegisse otio, conservasse disciplinā. Lon-
gè tamen maius est, quod seculo huic non hu-
manæ viribus industriæ, non ingenii solertis
arte, sed merā & manifesta Dei gratia obvenit.
Quanti enim operis sit, adultas spacio, robustas
successu, instructas armis, foederibus divisas
distractasque partes unire studiis, vincere ratio-
ne, infringere prudentia, tollere conditionibus,
nemo novit, nisi experientia imbutus, negotiis

admotus, usu eruditus. Dei manum hic & digi-
tum agnoscimus, colimus, adoramus. Ut tam
firma ea sit, quàm faustis est ominibus accepta,
Numinis benignitatem veneramur. Votum
omnium & nostrum est, ut quàm diutissimè
felices simus. Cui voto complementum atque
vires Deus immortalis & Pax dabunt. Ille Sta-
tor nostræ gentis atque Tutor; fida hæc & in-
concussa. Portum hîc, non stationem expecta-
mus, tutum & perpetuum laceræ Reipublicæ
receptum, non temporarium aut malefidum.
Velocior est calamitas salute, dolor medicina,
ægritudo sanitate. Bellum sua secū mala trahit,
bona pacis utendo demum cognoscuntur, va-
lescunt spatio & confirmantur. Malis artibus
ab impetu efficacia, à lenitudine impedimen-
tum est, bona consilia mora proficiunt & æsti-
mantur. Ruptâ autem, quod Tu DEUS immor-
talis, Tu invicte, Tu æterne, ab hac gente, ab hac
ætate quàm longissime avertes, huius Pacis,
qua recens coivimus, copulâ, quid aliud quàm
bella omnium inter se gentium existent. Totus
enim Orbis Europæus causæ Germanorum aut
societate illigatus, aut vicinitate est conjun-
ctus, quem commoto semel status nostri orbe
moveri pariter necesse est. Itaque assiduè provi-
dendum illis, qui in publica rerū humanarum
specu-

& digi-
At tam
cepta,
otum
tissimè
atque
lle Sta-
& in-
pecta-
publicæ
fidum.
dicina,
trahit,
ur, va-
artibus
dimen-
& æsti-
nmor-
ab hac
s Pacis,
lquàm
. Totus
am aut
onjun-
ri orbe
e provi-
narum
specu-

specula fortunas omnium & fata moderantur.
Pacem equidem habemus, sed servare partam
maius est, quam peperisse. Uti enim istud Dei ac
felicitatis opus est, ita illud rationis, quam guber-
nat Deus. Te verò, summe Pacis Autor, Rerum-
pub. Conditor, ac Sospitator, Deus immortalis,
solus & principii & finis expers, idem tamen o-
mnium principium & finis, quem fundatorem
ac rectorē gentis nostræ verè nominamus, hac
solenni voce formulaq; obtestor atq; precor, cu-
stodi, cōserva hanc PACEM, hunc Statum, quem
æternum præstabis. Beneficium hoc Tuum, ut
lætū nobis, ut salubre, ut perenne sit, rogamus.
Inimicos eius ac quieti publicæ infensos à fini-
bus nostris, mœnibus atque cervicibus depelle,
tranquillitatis curam animis, custodiam consi-
liis infunde, successumque, quem afferre aut de-
se spondere nemo mortaliū potest, à Te suffice,
& actionib. adspira. Ita nobis aliquando salvam
hanc Remp. atq; incolumē in sua sede cernere
cōplectiq; liceat, maneatq; fundamenta eius
nullis subruta cuniculis, nullis expugnata ma-
chinis aut technis, maneat memoria & honos
in animis hominum, in æternitate temporum,
in fama rerum, verisq; olim elogiis celebretur
istud non tam imitamentū, quam exemplum

PACIS illius AUGUSTÆ, TRIUMPHATRICIS,
GLORIOSÆ. DIXI.

289/4604

ERRATA.

A. VI, 10. leg. mandaret. 32. primam (cuius flammam latius sparsas
sanguis restinxit) certaminum. 33. quas. Tr. VII, 11. tamen. 13. crudeliter.
24. tusque. 30. genus VIII, 18. dignitate. B. IV, ult. bonorum. VIII, 8. in-
venere. C. I, 25. quàm. IV, 1. contra. VIII, 2. aut. D. V, 20. turpiter. VI. 2.
illum. VII, 15. agitabant. E. III, 12. habere obsides in. IV, 18. tuto com.

atius sparsas
crudeliter.
VIII, 8. in-
piter. VI. 2.
to com.

ULB Halle
004 807 235

3





tavimus u
à Pacis usu
dimus qui
audacia, &
diti sumus
tiæ docum
specimen
ferantur,
lidissimi n
sua rectius
ereptis usu
versis ad re
mnum vo
sine cura h
artes, & st
ferri, quia f
Pallas, non
manu host
& amica li
nis. Agnos
ex habitu a
tus, nec re
maculas, r
doris temp
torū nostre
quam ut ha
ritū nobis p



nitias belli
imus. Vi
quidque
nem eru-
de patien-
humanæ
mortaliū
Non va-
liis, quò
ltis rebus
di. Con-
onsiliis o-
in plena
ace Pacis
ens toga,
cat. Salve
n adverfa
l placida,
ia doctri-
te pectus
hos vul-
s cruoris
rata can-
facti vo-
l precari,
vitæ spi-
verbo, &
civilia

